

## CORRECTIO

ter destructum, cum simplicissima essent elementa sicut antea fuerunt, ante Mercurij generationē ars destruxisset naturam a capite incipiens, scilicet ab auro & argento, vsq; ad principium, id est, argentum viuum. Et vltra ista principia simplicium elementorum, secundum quod antea fuerunt ante Mercurij generationem, ita remote in arte est impossibile. Si esset possibile, tunc sequeretur, quod de nouo extra primam materiam Mercurium metallorum, ars componeret elementa, & viceuersa ars generaret Mercurium sicut destruxit, quod impossibile est artificialiter fieri. Bene quidem ars destruitur a capite vsq; ad pedes, id est, Mercurium a pede edificans vsq; ad caput in subtiliori forma cum substantia nature, que antea fuit, ars concedit. Sic diuiduntur species rerum cum in aliā formā quam antea fuerunt transmutantur. Vt testatur Philosophus dicēs. Sciant artifices alchemie, species rerū permutari non posse (quod quidē verum est) nisi in primam materiam transmutentur vel conuertantur, id est, in argentum viuum. Et vltra hoc non consulit. Secus fieri est impossibile.

*Secundum particulare est in sole, Mercurio,*

*& sulphure Philosophorum*

*Caput XIII.*

*Cum*